

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,
I.U.D. & P. Ad Exequias Quae Viro ... Christoff Behren, Et ... Matronae Hedwig Von
Ribbecken/ Parentibus desideratissimis: Item: Nobilißimae Foeminae Annae
Behren/ Nobilißimi Viri Dn. Othonis Thun/ Consiliarii Provinc. & haeredit. in
Slemmin & c: relictæ viduae, ... ab relicita filia ... parantur, Omnes omnium
ordinum Academiae cives diligenter invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746827903>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,
in Chr. Behr,
et H. v. Ribbeck,
item A. Behr,
uxor. O. Thvn.

Rost. 1638.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746827903/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746827903/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rosto-
chiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

Quæ

Viro Nobilissimo

CHRISTOFF BEHREN,

Et Nobilissima Matrona

HEDWIG VON XTBGEREN,

Parentibus desideratissimis:

Item:

Nobilissima Fæmina

ANNAE BEHREN.

Nobilissimi Viri

Dn. OTHONIS XTBRI Consili-

arii Provinc. & heredit. in Sleminn &c;


relietæ viduæ,

Hodie hore III. ab relieta filia, ceterisq. liberis ac

nepotibus parantur,

Omnes omnium ordinum Academæ cives dili-
genter invitati.

ROSTOCHI, Litteris NICOLAI KILI, Acad. Typog. An: 1638.



Hesterna dies triste nobis
ob oculos duxit spectacu-
lum, quo vidimus quatuor
nobilissima funera, Aviae,
Generi, Filiae & Nepotis, ad sepul-
turam uno ordine efferri. Insolens
omnino & inusitatum hoc videri
posset, nisi hesternam hodierna dies
imitaretur, ac spectaculi ejus tristi-
tiam, non animo solum, sed etiam
oculis repetitum exponeret. Satin-
ergo liquet, Mortalem esse homi-
nem, etiam Generis Nobilitate or-
natum, etiam virtute praeditum, et
jam honoris splendore illustrem.
Annon enim censeantur Nobilissi-
mi, quos avis atavisq; potentes heri
longa serie recensuimus? At hi, qui
bus hanc operam damus in eadem
serie recensiti & suo loco nominis cla-

niat

A 2 rita-

ritatem conciliarunt: Quæ exempla
virtutum non emicuerunt in hester-
no catalogo? At hæc exempla par-
tim ex aliis, partim ex iis, quos hodie
deducimus, hausta sunt: Quod enim
studium pietatis, modestiæ, sinceri
amoris, quarumcunq; deniq; virtu-
tum in iis desiderari potest, qui libe-
ros utriusq; sexus, sua cura, opera, ac
diligentia iis virtutibus florentes &
excellententes instruxerunt ipsi, & ab
aliis instrui atq; excoli sedulo cura-
runt. Quos vero honorum gradus
non institerunt, quæ spatha non per-
ambularunt, qui inter honores nati,
educati, conditiones honoratas ab
ipso ortu adepti, saepe etiam hæredi-
tarias gerunt, apud Reges & Princi-
pes in honore & precio sunt, officiis
honoris præficiuntur, sola mortalita-
te in

s A

te in ordinem societatis communis rediguntur?
Præter hesternos testes omni exceptione majo-
res, adducitur nunc primus Vir Nobilissimus,
& Strenuus Christoff Behr / hæreditarius in Nu-
strow/ Semlow & Lubbeniz. Natus is est in præ-
dio Teuffelstorff loco Pomeraniæ notissimo,
Anno Christi millesimo quingentesimo sexage-
simi septimo ex Nobilissimis & nomine Chri-
stiano dignissimis parentibus. Patre quidē Gene-
roso, Nobiliss. & Strenuo Viro Dn. Adam Behr
ren/ Illustriss. ac Celsiss. Principis Pomeraniæ
provinciali & aulico Consiliario bene merito,
Domino hæreditario in Nustrow/ Teuffelstorff/
Semlow/ Neuenhof &c. Matre vero nobilissima,
honestissima, pietate, modestia & cæteris virtuti-
bus nobili ordini & matronæ covenientibus or-
natissima p. m. matrona Ilsahe Krakewizzen de
domo Deviz Pomerana. Ex his ille parentibus
natus, qua educatione usus, qua institutione
formatus, qua indole prædictus, quibus mori-
bus ornatus, quas res adolescens gesserit, proli-
xis & ad ostentationem compositis verbis co-
piose exponere, neq; hujus est loci, neq; nostri
instituti, nec necessitas à nobis id flagitat, ne
postulat quidē, cum in concione funebri abun-
de id præstandum arbitremur. Decurso ado-

A 3

lescen-

Iescentiæ per stadium virtutis spatio , primum
ductu & instructu providentiæ divinæ , deinde
consilio & suasu propinquorum conjugalis vi-
tæ sociam sibi prospexit , elegit , ambivit , inpe-
travit ac domum duxit Nobilissimam , pudicissi-
mam , & cæteris virtutibus , nobilem virginem
ornantibus , conspicuam virginem **Hedwig von**
Ribbeck / Natam Anno millesimo quingen-
tesimo octuagesimo in Electorali Marchia Bran-
deburgica . Pater ei erat Vireminentissimæ vir-
tutis ac Nobilitatis Dn. **GEORG von Ribbeck** ,
Comptor zu Nemerow / Electoralis Brande-
burgicus Consiliarius , supremus Aulæ præfe-
ctus & castri munitissimi Spandow Archicapi-
taneus , Dominus in Gliniz / Ducat^z und Sehr-
feldt hæreditarius : Mater Nobilissima & Præ-
stantissima foemina **ANNA Sparren** / p. m. de
domo Gansiche/Lichtenfelde . Quæ virgo & ipsa ,
præter Generis pervetusti Nobilitatem ex qua
orta est , honestate , pudicitia , modestia & quæ
hoc terrarum agmen ducit , ac primo loco nomi-
nari debuisset , pietate ornatissima , & præter cæ-
teras eximia fuerit opertet , cum tali viro in ma-
trimonium placuerit . Et haud dubie prædicta
fuit , quod ex liberis , quos sustulerunt piè , hone-
stè , castè , & modestè eduxerunt , evidentissimè
colli-

colligitur, ex quibus tantum binos in rem præsentem adducemus. Cato ille Censorius apud Romanos censeri & citari volebat & gaudebat, non patris nomine, ut Catonis filius, sed filii nomine, ut Catonis pater diceretur ac laudaretur. Ita nosset iste Christoff Behr / licet eo patre natus esset, cuius nomine possit merito laudari ac citari, tamen eum filium produxit, cuius virtus non minus facem præferat majoribus, quam lucem suo nomini ab iis foeneretur. Verum de hujus viri præstantia nunc plura dicere locus non est, heri vero plura etiam ne dicerentur, temporis prohibuit angustia. Alteram ex liberis adducimus matronam p.m. Nobilissimam & omnibus muliebrium virtutum ornamentis eminentissimam ANNAM Behren/ ex prædictis parentibus Dn. CHRISTOFF Behren / & HEDWIG von Ribbeken/natam Anno 1598. Cujus ortus iisdem de causis breviter tantum indicatur, in quibus factum ut utriusq; parentis originem pari brevitate perstringeremus, cum præter hesternam in vita Dn. G E O R G . C H R I S T O F F Behren generis commemorationem, cætera funebri conceioni reserventur, Nobis hoc loco sufficit hanc fœminam ea non tantum generis nobilitate, sed animi, & virtutum, in animo micantium præstantia

tia fuisse ornatam, imo & corporis dotibus, for-
mæ elegantia, & morum concinnitate prædi-
tam, ut facile sibi sponsum conciliaret Virum
Nobilissimum Otsho Thun/Provincialem Con-
siliarum Pomeranum hæreditarium in Glema-
min Pomeraniæ. Cujus viri virtus & prudentia
major erat, quam ut suo matrimonio indignam
eligeret. In hac ergo cum haud dubiè viderit,
quod Virginē vere Nobilem commendare pos-
set, quod non oculis tantum allubesceret, sed a-
nimum quoq; generosum & eo dignos mores
referret, conjugem sibi ambivit & inpetravit.
Cum hoc marito vixit per annos viginti qua-
tuor, liberos ex eo suscepit, masculos quidem ses-
ptem, foemellas vero duas: Ex quo colligitur
matrimoniū felix, placidum, fecundum, opu-
lentum fuisse. Maritus ex hac vita decessit Anno
millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, die
7. Aprilis. Ex quo tempore viduam illa vitam
coluit, ac diutius coluisset, si divinæ providen-
tiæ visum ita fuisset, cuius cōsilio & nutu, mun-
do huic die 16. Februar. hoc anno 1638. valedi-
xit, & in cœlum recepta est. Quæ virtutes viris
Nobili genere prognatis convenient, quæ fœ-
minis, eas in his uno funere elatis, omnes depre-
hendimus. Pietas virtutum, præcipue Christia-
narum,

narum, Princeps omnibus commendatissima
fuit. Hujus à parentibus cum semina percepis-
sent, cum lacte suxisse, cum ætate auxissent lu-
culentissimis eam actionibus ostenderint, sive e-
nīm D E I eset Amor exercendus, sive hominum
eorumq; vel propinquorum vel alienorum: Ille
potissimum conspectus est in audiendis sacris
concionibus, in lectionibus, meditationibus,
precibus, hymnis, aliis exercitiis ad cultum D E I
spectantibus. Neque hæc tantum à se ipsis re-
quirebant exercitia, sed sui muneris & officii esse
putabant, alios quoq; bono exemplo ad imita-
tionem hortari & ad Christianismum, non ore
tantum, sed & corpore, atq; ipso opere expri-
mendum, adhuc facere. Mutuus mariti & uxo-
ris Amor, qui vultu optimus esse perhibetur, elu-
cet ex mutuis officiis alteri ab altero per annos
viginti quatuor præstitis, in animorum consilio-
rum & actionum conspiratione atque concor-
dia. Cujus quanta vis sit ex eo conspicitur, quod
Python Byzantinus, homo crassus & corpulen-
tus, uxorem cum haberet etiam corpulentiorē,
tamen eos concordes, quivis lectulus capere po-
terat, discordibus autem totæ etiam, licet am-
plissimæ, ædes angustæ erant, teste Athæneo, imo
tota Bizantinorum civitas eos dissidentes non

B

capie-

capiebat, si Plutarchus credimus. Nostri vero ma-
caritatem, cum uxoribus in gratiam ut redirent, opus
non habebant, quorum amor quotidiana incre-
menta capiebat, non ex liberis tantum, qui amo-
ris conjugalis inter parentes vinculum esse so-
lent, sed ipsarum quoque uxorum commodita-
tem, qua vel morosos ac difficiles maritos devin-
cire sibi possunt. Quia erga liberos pietate usi fu-
erint (omnes enim divina benedictione liberos
habuerunt) ex educatione patet. Quae enim hu-
jus generis beneficia perceperant a parentibus,
ea vicissim in liberos contulerunt, parentes edu-
carant ipsos pie, honeste, caste, idem fecerunt ipsis;
literis ipsos instrui curarant, instruxerunt suos &
ipsi; curam & sumtus in penderant, in penderunt
& ipsi: nihil deniq; omnium intermisserunt quae
liberis deberi sciebant, cum a suis ea parentibus
accepissent. Erga ceteros propinquos, imo &
erga alienos, quo animo & affectu fuerint, ex
prioribus facilis est conjectura. Cum enim Ser-
vator noster & ejus ministri præcipiant nobis be-
neficentiae studium, quid hac in parte ab iis ne-
glectum putabimus? Tripartita videtur omnis
hominum in homines benignitas; aut enim in
rebus externis adjuvantur, aut in corpore, aut in
animo. Externis rebus ut ipsis abundabant ita
de iis

de iis conferbant indigentibus, quod poterant.
Corporis & gritudine laborantibus, consilio &
opera frequentem, imo assiduam operam pra-
stabant: moestos consolabantur; idque potissi-
mum his temporibus cognitum, quae eos domi-
bus & agris ejecerunt, in urbem variis incommo-
dis laborantem compulerunt, multos quoque
morbis & morte confectos absulerunt. Quæ pie-
tas, caritas, benignitas, si haud parvo illis consti-
terunt, siquidem non solum opes aliqui perdi-
derunt, sed ipsam quoque vitam & suam & pro-
pinorum in discrimen adduxerunt, quod vel
hæc sola funera abunde testantur. Deus conso-
lationis Christianæ autor superstites, & hoc tam
notabili casu turbatos atque afflictos erigit, su-
stentet, confirmet. Non dubium est, quin etiam
nunc maneant illa dicta in animo audientium
scripta, quibus ægra mater primum Deo, ut su-
premo tutori orphanorum, deinde patri, proxi-
mo post Deum, tum fratri, liberos tenellos com-
mendavit. Fidei suæ, quam nobis multis testi-
moniis adprobavit, non deerit ipse Deus, quin
præstet abunde, quod piis promisit: Promisso
suo non deerit, avus, non avunculus, quin sibi
commendatos tenellos cordi & curæ esse pati-
antur. Nec deerunt sibi grandiores, ut conce-

ptæ

ptæ spei de sua generi præstantia respondeant.
Nos, Academici Cives, in honorem tot familiarium
per antiquarum, tam nobilium, tot viro-
rum, tot matronarum virtute præstantium hæc
quoque funera ornemus nostra præsentia &
frequentes comitemur. Erit id gratum super-
stitionibus, Academiæ nostræ honorificum, nobis
etiam fructuosum: Inter cunctum Deo Provin-
ciam, Academiam, Civitatem & nos ipsos in iis
commendantes. P.P. Rostochij 14. Martij
1638. Sub sigillo Rectoratus.

Fiet Convexus in æde Mariana hora III.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746827903/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746827903/phys_0017)

DFG





de iis conferebant indigentibus, quod
Corporis & gritudine laborantibus,
opera frequentem, imo assiduam
stabant: moestos consolabantur; id
cum his temporibus cognitum, quod
bus & agris ejecerunt, in urbem variis
dis laborantem compulerunt; mu-
moribus & morte confectos abstuleru-
tas, caritas, benignitas. si haud parvo
terunt, siquidem non solum opes a-
derunt, sed ipsam quoque vitam &
pinguorum in discrimen adduxerunt.
hæc sola funera abunde testantur.
lationis Christianæ autor superstites
notabili casu turbatos atque afflictos
stentet, confirmet. Non dubium est
nunc maneat illa dicta in animo
scripta, quibus & gra mater primum
premo tutori orphanorum, deinde pri-
mo post Deum, tum fratri, liberos te-
mendavit. Fidei suæ, quam nobis
moniis adprobavit, non deerit ipse
præstet abunde, quod piis promisi
suo non deerit, avus, non avunculus
commendatos tenellos cordi & cur-
antur. Nec deerunt sibi grandiores




Image Engineering Scan Reference Chart, TE263, Serial No.